



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

De Confessionali. Cap. XXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

DE CONFESSIONALI.
Cap. XXIII.

DE MONSTRATA ambonis,
Dac suggesti item forma, vnde sa-
cra vel lectio vel concio habetur, restat
aliqua etiam instructio operis lignei,
ad pœnitentium confessiones audiendias
recte decenterque accommodatis,
quod confessionale appellamus.

De Confessionalium numero.

PRIMÒ igitur in Ecclesia Cathedra-
li confessionalia totidem construan-
tur, quot pro iubilei indulgentiarumve
celebritatē, aut solennitatum ratione,
Sacerdotes confessarios constituti adhi-
berive, opportunum necessarium ve-
debitur.

In singulis item ecclesiis collegiatis se-
cularibus regularibusve, totidem etiam
quot sane requiruntur pro confessa-
riorum Sacerdotum ratione, qui in fre-
quentiori populi concursu esse adhibe-
rīe ibi plerunque solent.

In unaquaque præterea parochiali ec-
clesia statuantur confessionalia duo; vt
viri (quod sāpē non sine irreuerentia
loci, sacræque illius actionis, & offen-
sione piorum cernitur) cum mulieribus
ne confuse permixti, neve etiam dense
inter se compresi sint, cūm ad sacram
confessionem frequens concursus est:
sed ita distincti, vt hi in uno, illæ in
altero confiteantur; quemadmodum in
plerisque huius provinciæ Ecclesiis cer-
tus iis ipsiſ & distinctus est locus: tum
præterea vi illud non ex provinciali
decreto distingui iustum est, ut unum pa-
rocho, alterum confessario alii sacerdo-
ti usui sit, si quem ab Episcopo proba-
tum ille aliquando eiusdem concessu in
frequenti confitentium multitudine ad
hibere necesse habeat.

In qua verò parochiali ecclesia plures
parochi portionarii, aliive sacerdotes
etiam coadiutores sunt, qui confessio-
nem audiendæ munus exercent; totidem
item confessionalia fieri debebunt, quot
sane illi sunt.

Quod verò de duobus confessionalibus
in unaquaque parochiali Ecclesia sta-

tuendis supra animaduersum est; id e-
tiam præstandum erit in singulis ecclæ-
sis, quæ licet parochiales non sint, ta-
men iis ipsis aut parochiali quoquis iu-
re subiectæ, aut annexæ, aut adiunctæ,
aut intra earum fines cōstitutæ sunt; aut
eiusmodi sunt, in quibus aut Sacerdos
quipiam residere, qui idem confessarii
munus obeat; aut parochus quoquis iure,
vel quavis causa debeat, soleatve.

In Ecclesiis item non parochialibus,
vbi Doctrinae Christianæ Scholæ exer-
centur, confessionalē adhibeatur unum
saltum; vel duo item, si vtriusque sexus
Schola Christiana ibi exerceatur; vel
deum plura etiam, vbi plures confessa-
rios sacerdotes tēpore Scholæ Christia-
næ adhibentur ex decreto prouinciali.

Forma confessionalis.

Forma, ad cuius præscriptum con-
fessionalē extruendum erit, hæc est;
qua seruata, licebit aliqua præterea or-
namenta adhibere, vt potè in anteriori
parte coronices elaboratas, aliudve or-
nati genus decens.
Primò ex tabulis sectilibus, vel nuceis,
vel certè alterius cuiusvis generis to-
tum sit; septum scilicet iis & à latere
vtroque, & à tergo, & à parte superiori
eisdem intectum; à parte anteriori aper-
tū omnino, neq; vlo modo occludatur.
Habat tamen, præsertim in frequentio-
ribus Ecclesiis, ostium ex crate cancel-
lisve ligneis inter se vnciarum circiter
quatuv̄ spatio distantibus cum sera cla-
uique, ut cum confessarius in eo non est,
ne ibi cum irreuerētia ministerii quod
ibi agitur, laici vagique & sordidi ho-
mines sedeant, otioleve dormitent.

De basi.

Basis huius confessionalis, vbi sacer-
dotis confessarii & pœnitentis per-
des innixi hærent, ab Ecclesiæ pau-
mento alta extet vncis ad summum
octo; latè cubitis duobus; longè cubi-
tis circiter quatuv̄ pateat.

De sede confessarii.

Sedes confessarii in eo sit: quæ à basi al-
ta sit cubito & vnciis circiter tribus;
lata

Ilata à dextera ad sinistram partem cubito item & dimidio; à fronte ad tergum, uno tantum cubito.

De confessionalis altitudine.

Totius huius confessionalis structura à basi usque ad summum ducta, cubitis quatuor constet.

De assula in qua confessarius nitatur.

In parte interiori tabulæ intermediae inter confessarium & pœnitentem assula item collocetur; in qua ipse confessarius brachio nixus hærere possit: eaq; instar repaguli sit, ita ut & deprimi, & rursus pro libito extolliri queat.

De scabello pœnitentis.

AParte exteriori pœnitentis scabel lum ab ima parte latum vnicis quatuordecim, basi innixum, & tabulæ intermedia hærens, accliviterque ab imo ad summum ascensio[n]em, altum à basi extet cubito & vnicis viginti. Cuius summatis tabella leniter acclivis sit: in qua pœnitens manibus supplicibus nisi possit, dum in confessione genibus flexis est; eademq; lata vnicis duodecim; longa cubito uno & dimidio.

De gradu scabelli.

In ima parte habeat hoc scabellum gradum annexum, super quo pœnitens genua flectat: quod supra basim emineat vncias octo, latè pateat vncias sexdecim, ea longitudine qua scabellum.

De fenestella intermedia.

Fenestella, in medio tabulæ, qua inter confessarium & pœnitentem interiecta est, fiat: cuius pars ima emineat supra sedem confessarij cubitum & vncias octo; que vncias sexdecim alta, duodecim vero lata sit.

Hæc verò fenestella diuisa sit in spatia paria tria, relictis in ipsa duabus columellis, seu parvis fulcimentis eiusdem tabulæ.

Cui fenestellæ à parte pœnitentis affigatur lamina ferrea plena foraminum: quæ singula instar ciceris minuta paruque sint.

Fenestellæ præterea à parte confessarii configatur tela tenuis saia, aut multitia, quem buratum dicunt.

De imagine Crucifixi.

AParte pœnitentis quæ exterior est, loco supra fenestellam, Crucifixi imago in charta religiosè expressa apponatur.

De ijs quæ affigenda sunt certis confessionalis tabulis.

TAbulæ inter confessarium & pœnitentem interiecta, affigatur ab illius anteriori parte alia tabula, quæ transuersè pateat cubitum unum: ita ut pars paulò maior ad pœnitentem versus, altera ad confessarium versus spectet. In huius tabulæ parte quæ ad confessarium spectat, intus fixa collocetur, & imago aliquæ Christi Domini, aut Beatae Mariae Virginis, & sub ea tum oratio illa præparatoria impressa ad usum confessariorum sacerdotum, cum ad pœnitentium confessionem audiendam accedunt, tum forma absolutionis.

Alteri etiam tabulæ, quæ à confessarii altero latere est, neque fenestellam habet, intus affixæ sint literæ processus in cena Domini, prout quotannis à Sanctissimo D. Nostro promulgatae erunt. In alia tabula quæ a tergo est, canonum pœnitentialium tabella collocetur. Tabulæ supra fenestellam, à parte scilicet confessarii, apponatur tabella casuum, quorum absolutionem sibi Episcopus reseruarit: quiisque alio quoque iure, vel eidem, vel Summo Romano Pontifici referuati sunt.

De capsulis eleemosynariis in confessionali non struendis.

Nec in eo confessionali capsulæ loculive ulli omnino colligendæ eleemosynæ causa struantur quoquis praetextu, aut eidem propè affigantur.

X 3 Con-

Confessionalia quo loco Ecclesiæ
constituenda.

A Latere ecclesiæ extra capellæ ma-
ioris ambitum loco aperto paten-
tiæ confessionalia constituantur; par-
tim à meridionali regione, partim à se-
ptentrionali.
In alijs etiam ecclesiæ locis, pro ratio-
ne amplitudinis, & situs ecclesiæ, Epi-
scopi concessu aliquando collocare lice-
bit, vt in capellis quibusdam amplè pa-
tentibus, aut in earum aditu vel limine,
ita vt confessarius intra clathri septa,
pœnitens verò extra sit: quo fiat, vt clath-
ris capillæ arceantur, qui ino dinate
concurrentes ad sacram confessionem,
nimisq; e propè alijm qui tunc pecca-
ta sua co-fretur, vel ipsum pœnitentem,
vel confessariorum facile interturbant.

De loco confessarij, & pœnitentis item.

COnfessionale in ecclesia, si ab euan-
gelij, quod in altari maiori recita-
tur, latere collocabitur; tunc pœnitentis
scabellum & fenestella à dextra con-
fessarij sit; rursusque ab illius sinistra,
cum à latere epistole illud erit: vt & con-
fessarius à parte superiori ecclesiæ sém-
per sit; pœnitens aspectu sit ad maius al-
tere, caputve ecclesiæ versus.

DE TABVLATO AD VSVM
Ecclesiæ distinguendæ.

Cap. XXXIII.

ET quoniam ex instituta antiqua, à
Batoque Chrysostomo testificata
consuétudine, & in plerisque huius pro-
vinciæ locis olim visitata, in ecclesia se-
paratim à saemini viri esse debent; for-
ma & modus distinctionis ecclesiæ eius
modi esse potest.
In ecclesia igitur, insigniori præsentim,
à capellæ maioris ingressu usque ad ianuam maiorem, tabulatum per medium
ecclesiæ gremium rectâ ductum, colu-
mellis ligneis solidis quinque cubito-
rum spatio singulis inter se distantibus,
in paumento que firmiter agglutinaris
affigatur: ac si tabulae sectiles ex quibus
compositum est, aliquando amouendæ
sunt, canalibus parvulis in unaquaque

columella ab uno & altero item latere
excavatis, aliove modo confectis, to-
tum altè committitur.

Cuius tabulati altitudo cubitis circiter
quinque extratur.

Ita verò in ianua maiori committatur,
vt illam medianam diuidat, sicque diuisa
ac distincta, partim viris partim mu-
lieribus ad ecclesiam aditum diuisim di-
flincte que faciat.

Sint autem in tabulato ianuæ quæ-
dam certis locis perspicuis: quæ valvis
& pessulis clausæ, tunc solum aperiāntur;
cùm ab una ad alteram partem tran-
stum necessariò fieri opus est.

A qua parte autem concio habetur, quò
facilius commodiusq; fideles concio-
nato rem conspiciant; tabulatum (cùm
eo tempore demissus aliquanto extare
debeat) à summa parte tabulis comit-
tatur: quæ fibulis ferreis annexæ, & hinc
inde parvulis pessulis clausæ, cum opus
est aperiri & demitti possint eisdem fi-
bulis appensæ.

Quibus etiam in ecclesijs aliquando ne-
cessitè est, vt cum ab una parte Missa cele-
bratur, qui ab altera sunt, eidem Mis-
sæ sacro interfint; eadem ratio tabulati de-
mittendi adhiberi poterit.

Fibulæ autem ad tabulati demittendi
vsum (u genibus flexis fideles à qua par-
te sunt, sacerdotem in altera celebran-
tem prospiciant) à paumento distent
cubitjs duobus; si ad concionis audien-
tæ vsum tantum sint, cubitjs tribus.

DE SEDILIBVS MVLIEBRIL-
bus, quas bradellas dicunt.

Cap. XXV.

QVibus in Ecclesijs Episcopus ali-
quem bradellarum vsum permit-
tendum censuerit, earum forma sequens
constituetur; quæ in Ecclesia à parte
mulierum collocatæ, cùm ad fedendum,
tum ad genua flectenda illis vsui erunt.
Pars uero mulierum septentrionalis sit,
nisi qbus in Ecclesijs, pro ratione situs,
aliae causa Episcopus alter statuerit.

Alleres igitur seu trabes parvulæ quer-
neæ tres, crassitudine vñciarū quinque,
longitudine cubitorum trium & vñciarū
run sexdecim, altitudine vñciarū octo,

in